

INTRODUCTIO

Pro Administratione rerū temporalium
Collegiorum, ac Domorum proba-
tionis Societatis IESV.

LICET de rei familiaris administratione
quodam in Constitutionibus part. 3. cap. 2
§. 7. et part. 4. cap. 2. plura in Regulis Provin-
cialis cap. 9. Rectoris cap. 6. et Procuratoris:
nonnulla in Congregationum generalium
decretis, maxime septima d. 82. et octava d. 15.
et 60. aliqua denique à Praepositis Generalibus
varijs temporibus praescripta habeantur, ut
nihil praeterea hoc de argumento desiderari
possit; Congregatio tamen octava generalis
dec. 15. et 60. considerans ex una parte
quantopere à cura bonorū temporalium, quae
à S.P.N. part. 3. cap. 2. §. 7. dicuntur propria
Domini Nostrī Iesu Christi, res spirituales,
ac bonus Societatis status, ac progressus pendeat;
ex altera moleste admodū ferens, ab ijs, ad quos
pertinet, non uno nomine in oeconomia peccari;
seculiarem hac de re instructionē faciendā, et
cum Provincijs communicandā esse statuit,
qua unū quod sub aspectū ponere nōtur omnia,
quae hinc inde sparsa facile ignorari, atque in
memoria effluere necesse est.

Cum ergo nunc, praesentibus tum corā, tum
per literas. huiusmodi rerū peritis super hoc
nego-